



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 136. Neapolis ab Alphonso cincta, sed paulo post liberata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV. cere constituerat, quod & executus fuit
 A.C. 1438. set, nisi Alphonfus de proditione edo-
 ctus, celeri fuga sibi consulisset.

§. CXXXVI.

*Neapolis ab Alphonso cincta, sed post
 post liberata.*

Marian. l. 21 **R**enatus Andegavensis, postquam liber-
 tatem suam a Burgundiæ Duce pro-
 c. 13. tio redemerat, triremibus Genuensibus
Surita 14. stipatus, Neapolim venit, multisque op-
 c. 50. pidis qua vi qua deditio occupatis, Al-
 phonsum ad pugnam provocavit. Hic
 vero oblatam prælii copiam acceptam
 simulans, post varias, fictasque copiarum
 suarum circuitiones Neapolim totius Regni
 caput obsidione cinxit, quam urbem
 Renato absente, & ejus exercitu in sub-
 gendis aliis locis occupato, facili negotio
 in suam potestatem redigere sperabat:
 nihilominus Alphonfus ab urbe recedere
 coactus est. Hanc obsidionem Mariana,
 alique Hispani Scriptores, quorum chronologiam
 sequimur, ad præsentem annum revocant:
 Itali vero eam sequenti recensent. In dicta
 obsidione Petrus Alphonfi Regis frater tormento
 globo ad terram illiso, & inde quaternis
 vicibus refracto percussus illico occubuit.
 Hic erat Princeps præclaris animi dotibus

bus illustris, atque optima, & liberali indole longe præstantissimus.

Sæcul. XV.
A.C. 1438.

Lacerabatur reliqua etiam Italia continuis belli furoribus, quibus Philippus Mediolanensium Dux, & Veneti simul ac Florentini adinvicem collidebantur. Inter alia Historicorum testimonia reperitur, quod Cretenfis quidam, nomine Sorbolus, cum in subsidium urbis Brixiae necessaria classis deesset, duas triremes, quatuor celoces, ac scaphas viginti quinque per ducenta amplius passuum millia, perque inaccessas ferme altissimorum montium rupes, ac scopulos feliciter, summo licet labore ad urbem deduxisset, totumque opus trium mensium spatio perfecisset. Simile quoque facinus Mahometes in obsidione Constantinopolis edidisse refertur.

Blondus
l. 5. Decad.
8. 9. 10.

Vide. Lib.
CX. §. 101.

§. CXXXVII.

Eduardi Lusitaniae Regis obitus.

Hoc anno die decima nona Septembris, juxta Spondanum Eduardus Lusitaniae Rex rebus humanis excessit ad Thormare coenobium, quo se ad evitandam pestem, quæ regnum suum affligebat, contulit, sed eodem morbo ibidem correptus obiit. Petavius in sua chronologia Regis hujus mortem in nonam Decembris currentis anni millesimi quadingentesimi trigesimi octavi incidisse

Mariana
lib. 21. c. 13.

Histor. Eccles. Tom. XXVII. Dd obser-